

# Universitätsbibliothek Wuppertal

## PLVTARCHI||CHAERONENSIS,|| SVMMI PHILOSOPHI|| & Historici,|| VITAE PARALLELAE,|| seu Comparatæ,||

Cui subiecti sunt Indices tres ... ad commodum lectoris summa diligentia  
confecti

**Plutarchus**

**Francoforti ad Mœnum, 1592**

Annotationes interpretis in C. Gracchum

---

**Nutzungsrichtlinien** Das dem PDF-Dokument zugrunde liegende Digitalisat kann unter Beachtung des Lizenz-/Rechtehinweises genutzt werden. Informationen zum Lizenz-/Rechtehinweis finden Sie in der Titelaufnahme unter dem untenstehenden URN.

Bei Nutzung des Digitalisats bitten wir um eine vollständige Quellenangabe, inklusive Nennung der Universitätsbibliothek Wuppertal als Quelle sowie einer Angabe des URN.

[urn:nbn:de:hbz:468-1-360](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:468-1-360)

cit, & alterum sibi continuari voluit. Caio iniuste ac falso Antyllij cædes imputatur, cum is inuito ipso indigneque ferente sit interfectus. Cleomenes, vt necem ephorum taceam, seruos liberauit, regnauitque, si rem spectes, solus, verbo collegam ex eadem familia Euclidam fratrem habes: 5 Archidamum vero, quem ex altera familia regnare iustum erat, Messena euocauit: interfectique eadem non vlcisens, confirmauit suspicionem, se vt occideretur causam præbuisse. Et vero Lycurgus, quem se imitari simulabat, vltro regnum fratris filio Charilao reddiderat: ac metuens, ne si 10 quid humanitus ei accidisset, ipse necis eius insimularetur, diu extra patriam vagatus, non antè domum rediit, quam hæredem regni natum Charilao cognouit. Sed Lycurgo ne alius quidem Græcorum vllus comparari meretur: in Cleomenis actionibus ciuilibus maiores mutationes & plus 15 iniusticiæ inesse, demonstratum est. Præterea qui mores eorum culpant, hunc ab initio statim tyrannidis appetentem, bellorumque conturbatorem fuisse dicunt: in Gracchis inuidi nihil præter nimium gloriæ studium reprehendere potuerunt: fastique sunt eos irritatos præter suam natu 20 ram aduersariis vehementia animi & contentionis tantam ventis incitatos in extremum discrimen remp. adduxisse. Nam quid potuit primo ipsorum proposito pulcrius iustiusve excogitari nisi diuites vi & potètia sua conati legem eam abrogare, in certamen eos pertraxissent, alterum salutis suæ 25 metuentem, alterum eadem fratris vlciscentem, indicta causa & ne extante quidem vllò eius rei decreto interfecti. Ergo quæ sint inter istos differentia, ipse ex his, quæ dixi, cõspicis. Quod si etiã de singulis ferenda sit sententia, primam ex omnib. virtutis laudem Tiberio tribuerim, minime omnium pec- 30 casse Agidem censuerim, efficacitate & audacia Caium Cleomene haud paulo inferiorem fuisse iudicauerim,

ANNOTATIONES INTERPRE-  
tis in C. Gracchum.

1. Quæstor Orestæ.]

**L**. Aurelio Orestæ, anno DCXXVIII. Vide de hac Gracchi quæstura, quæ ex ipsius oratione refert Gelli. 15. 12.

2 Narrat Cicero.] Locus est primo de Diuinatione.

3 Per

Mores.

35




- 3 Per triennium. ] *Ierelias* apud Gellium legitur biennium: quod adeo malim, ut prope credam *dielias* à Plutarcho fuisse scriptum. Nam ne totum quidē biennium in Sardinia fuisse videtur, siquidem ex Appiano apparet, Fulvio Flacco consule & adiutore primum tribunatum petisse, aut certe proximo post anno.
- 4 Fregellanæ coniurationis. ] *Liuium* libro sexagesimo vide, aut *Fastos* potius *Sigonij*, anno DCXXVIII.
- 10 5 C. Biturium. ] Sic est in *Græco*. Interpretes *Veturium* habent. an coniecturam secuti an *Historiam* ?
- 6 L. enim *Opimius*. ] In *Græco* ὄσιλιος, *Hofilius*. verum ego per hæc tempora nullum *Hofilium* à quoquam nominari video. *Arretinus* & *Sigonius* *Opimium* legerunt, qui proximo post anno consul *C. Gracchum* interfecit. id & mihi semper placuit.
- 15 7 Q. *Antyllius*. ] *Attilium* *Appianus* vocat : sed rem haud paulo aliter narrat.
- 20

IN COMPARATIONEM.

- 1 Apud *Platonem*. ] *Libro quarto de Republica*.
- 2 Dimittendis. ] *Græca* mendosa & mutila puto. *Arretinus* omisit totam *comparationem*, quod *Gracchos* tantum verterat: itemq; *Tudertinus* qui alteros.
- 25

30 PLVTARCHI ARTOXERXES,  
Guilielmo Xylandro Augustano Interprete.

35  RTOXERXES prior, inter reges *Perfarum*, mansuetudine & magnanimitate præstantissimus, cognomento *Longimanus*, quod dextra ei quam sinistra esset maior, *Xerxis* fuit filius. Posterior *Mnemon*, id est *Memor*, appellatus, filia prioris natus est. *Dario* enim ex *Parysatide* quatuor fuerunt filij, maximus natu *Artoxerxes*, post hūc *Cyrus*, inde *Ostanes* & *Oxathres*.

*Genes.*